

*Tectum erecturus super structurae ecclesiae claustralis inferioris. (Vollendet 22. April.)*

*Eique brevi adiunctum fuit tectum laterale eiusdem ecclesiae septentrionem versus, quo facto tota ecclesia claustralis recto provisiva fuit.*

*Pro tecto dormitorii veteris erigendo ligna attrahi facit die 30 Maii, tectumque ipsum brevi post perfectum habet.*

*Triclinii sui claustralis tabulatum eleganti opere gypsato adornat. (Kosten 70 fl.) Inde vicinum triclinio cubiculum ad inhabitandum accomodat.*

*Praecipuum autem laborem vendicante sibi ecclesia claustrali murarios quatuor cum politore eo destinat: qui iacto similiter per omnem fornicem novo caemento et subsecuti dealbatione superiorem ecclesiam renovant*




Abb. 7 Ansicht des Klosters nach dem Stich in G. M. Vischers Topographie von 1672 (S. 20).

*usque in medium Julii labore protracto. Quo temporis intervallo etiam omnes fenestras ibidem per vitriarium Thermopolitanum renovat: multis ex integro de orbiculis pellucidis reparatis.*

*Ecclesiae sacristiam adiungit in qua omnem tam gypsati quam picti operis contractum a ruina defectum plene emendat; cui renovationem etiam lateralium ad introitum ecclesiae picturarum exteriorum subnectit. Reparata ecclesia superiore inferiorem aggreditur in qua pluribus in locis partes fornicis imo et integram eiusdem fornicem secundam videlicet ab introitu ecclesiae interstinctionem rimis actis ruinae proximas decutit et rejicit. Columnas lapideas chori incensi flammis gravissime laesas integritati gypso restituit et fenestras similiter renovat.*

*Demolitis hinc quatuor altaribus presbyterii ob chorum novum eo locandum et duobus ecclesiae inferioris quae intra crates transferentur. Caeteris per murarios reparatis et repetita desuper ecclesiae dealbatione totam hanc ecclesiam superiorem et inferiorem quoad muros et fenestras interius restauratum habet. (Kosten: Stukkateur 70 fl., Maler 75 fl., Glaser 500 fl.)*

Endlich wird Kirchengert neu beschafft,